



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CDXVIII. Heinrich Kater in Schwarzholtz verpfändet eine Hufe Landes mit Genehmigung Albrecht's und Hanses von Osterholt, am 25. Januar 1516.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

tore solvatur cum ordinationibus infraSCRIPTIS videlicet, quod huiusmodi beneficii novi pro tempore possessor ad quattuor missas hebdomadales In dicto altari celebrandas pro subleuatione et vsu predicatorum censuum teneatur diebus et horis, dum et quandocumque id sua deuotio exposcere videbitur prouiso tamen, quod idem possessor singulis terciis feriis vigiliis, et quartis feriis missam pro defunctis legat pro salute fundatoris et omnium fidelium defunctorum specialiter deprecando. Si vero festum aliquod celebre In feriam quartam venerit, poterit missa pro defunctis in alium diem precedentem vel subsequenter differi, Quodque idem possessor annuatim quattuor solidos de redditibus et censibus prefatis vitricis eiusdem parochialis ecclesie pro ministrandis pane et vino ad sacrificium exsoluet, plebano quoque ablationes In dicto altari factas presentet, Nec ad alia onera preterquam ad residenciam personalem et continuam sub pena priuationis omnino sit astrictus; Jus vero patronatus seu presentandi predictus Instaurator sibi pro hac vice et prima collatione referuauit, discretum Jacobum Kurdis, filium suum, presentando, volens, ut idem Jacobus ad residenciam minime teneatur. De hinc ad Consules sepedicti oppidi Osterborg Jus patronatus seu presentandi deuolui atque apud eos perpetuo remanere decreuit, Qui tempore vacationis aliquem ex eiusdem fundatoris genealogia procreatum magis idoneum, dummodo commode reperiri poterit, vel alium eiusdem progeniei non obstante, quod defectum in etate et competenti eruditione paciatur, dummodo tamen infra paucos annos ad sacerdotium promouendus fuerit, presentabunt, qui de eodem beneficio, donec ad etatem legitimam peruenerit, absenciam recipere potest atque per presbiterum idoneum onera eiusdem beneficii supportare valentem laudabiliter eidem seruire. Si autem nemo ex eadem progenie ad hoc abilis repertus fuerit, Extunc alium quendam presbiterum honestum seu infra anni spatium promouendum ad huiusmodi beneficium presentare poterunt, Ita quod primus huius noui beneficii prenomatus possessor vnacum omnibus suis successoribus ipsius ecclesie plebanum in aliquo non grauabit, Sed eiusdem ecclesie consuetudines pro more aliorum altaristarum diligenter obseruabit, Quibus quidem omnibus et singulis rite ut premititur, laudabiliterque preordinatis, fuit nobis pro parte eiusdem fundatoris attentius supplicatum, quatenus huius erecti noui beneficii instaurationem, ordinationem et dotationem auctoritate nostra ordinaria admittere, ratificare et confirmare dignemur. Nos igitur petitionibus huiusmodi tamquam iustis et rationi consonis annuentes etc. Datum hallis In arce diui Mauricii, anno domini Millesimo quingentesimo quarto decimo, die Sabbati, secunda mensis Septembris.

Aus dem Halberstädtischen Litterarium des Administrators Albrecht de 1514 ff. im Königl. Provinzial-Archiv zu Magdeburg.

CDXVIII. Heinrich Kater in Schwarzholz verpfändet eine Hufe Landes mit Genehmigung Albrecht's und Hanses von Osterholt, am 25. Januar 1516.

Vor Alsweme —, Bekenne ick Hinrick Kater, wanhaftig in dath Swarteholt, vor my, myne huffrouwe, vnser twiger rechten eruen, vor myne Broder vnd alle erues nakamelinghen, dat ick myt frigen willen vnde wolbedachten mode recht vnde redeliken verkope vnde verkofft hebbe

to eynem wedderkope deme erfamen gherit Conen, Margreten, syner eeliken huffrowen, aren twiger rechten erven vnde erves nakamelinghen effte hebben desses brives myth aren willen eyne mark Stendalscher weringhe alle jar up lichtmissen aver eyne hove landes achteyn stücke breth, ghenomet dat Kusel, vnde belegghen twisschen hinrich kieberghes vnde symon coppe johans, myth aller tobehoringhen, wiske, weide, holtinghe, neynerleye buten bescheiden quith vnde frigh vor alle pleghe vnde vnpleghe, dikent, dament, dick rident, dick wackent, czise, grosschen schot, edder wo men dath nomen muchte etc. — — Vorder bekenne ick Olde Albrecht Osterholte myt sampt mynes broder kinder: Junghe Albrecht vnde Hans, alle Osterholten ghenomet, so wy dath gherichte aver den varbenomeden acker vnd wisken hebben, den genanten hinrik kater ghegunt vnd vorlovet haben, sodans den Erfamen Gherit Conen to vorfettende vnde den synen alles wo vorberodt ifs, des to orkunde, witscap vnde grotern ghelowen hebbe wy alle vnse Inge- segel witliken laten hanghen vor vnfs vnde vnse eruen an dessen apen briff. Gheuen vnde schreuen nach Christi vnfs hern gheborn duzendt vieffhundert in deme sesteteynten Jar, Am daghe Conuer- sionis pauli.

Aus einer Mittheilung des Herrn Pastor Bartsch in Seehausen.

CDXIX. Papst Leo X. bestätigt eine von Heinrich Elling und Jacob Schönermark zu Stendal in der Kirche des Katharinen-Klosters gestiftete Kommende, am 14. April 1516.

Leo, episcopus, servus servorum dei etc. — Sane pro parte dilectorum filiorum Henrici Elling et Jacobi Schonremarke, laicorum, Incolarum et habitatorum Opidi Stendaliensis, Halberstadenfis diocesis, ac dilectarum in christo filiarum, ipsorum Henrici et Jacobi vxorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias ipsi cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare ac animarum suarum omniumque de eorum familijs et generationibus defunctorum saluti providere, de bonis eis a deo collatis in ecclesia Monasterij Monialium sancte Catherine ordinis sancti Augustini Canonicorum regularium Opidi et diocesis predictorum Vnam perpetuam Capellaniam seu Vnum perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum commendam nuncupandum ad Altare sanctarum Marie Virginis, Crucis, Catherine et beati Laurentij Martiris et omnium sanctorum iam forsitan constructum seu construendum erigi et institui illamque et illud sufficienter, uidelicet Septingentis florenis monete illius patrie, quibus ex bonis stabilibus Triginta quinque floreni annui census emi et comparari possint, dotare illique domum propriam dare et assignare summopere desiderant, dummodo ius patronatus et presentandi personam in presbyteratus ordine aut in tali etate constitutam, quod infra Annum ad sacerdotium promoueri possit, ad Capellaniam uel simplex beneficium huiusmodi, dum pro tempore uacare contigerit, Henrico et illius vxori, quoad uixerint, et deinde Jacobo prefatis et dilecte in christo filie Catherine etiam eius vxori ac dilectis filijs Arnolfo, Laurentio, Jacobo et Ambrosio, illorum filijs legitimis et naturalibus et illis uita functis Priorisse dicti Monasterij pro tempore existenti per Priorissam gubernari soliti et illius Conuentui concedatur et reseruetur. Quare pro parte Henrici et Jacobi ac vxorum predictorum